

*63. Intrumentum testamenti di
Tommaso de Auruena de Roto*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*63. Intrumentum testamenti di
Tommaso de Auruena de Roto*

1363-07-08

(c. 318v) In nomine domini nostri Iesu Christi amen, anno eius nativitatis millesimo trecentesimo sexagesimo tertio, regnante domina nostra Ioanna Dei gratia Hierusalem et Sicilie regina, ducatus Apulie et principatus Capue, Provincie et Forcalquerii ac Pedimontis comitissa, regnorum vero eius anno vicesimo primo feliciter amen, die ottavo mensis iulii, prime inditionis, apud Potentiam.

Nos Iacobus Cumbus de Potentia annalis iudex ditte terre Potentie, Angelus de Bono Pari publicus eiusdem terre Potentie notarius et testes subscripti et subsignati ad hoc specialiter vocati et rogati, presenti scripto publico notumfacimus et testamur quod nobis vocatis ad petitionem et instantiam magistri Tomasii de Auruena de Tito de Potentia ad domum ipsius, in qua morabatur, in qua quidem domo invenimus ipsum magistrum Tomasium in letto iacentem et egrotan[tem] qui licet sanus tamen mente, recte locutionis et memorie existens, nuncupativum quod sine scriptis dicitur suum condidit // (c. 319v) et fecit testamentum ultimum et finale, in quo sibi heredes suos instituit Nicolaum et Ioannem filios suos legitimos et naturales in omnibus bonis suis tam mobilibus quam stabilibus ubicumque existentibus, preterquam infrascripta legata <sic> <et fideicommissis>; et legavit pro exepultura sua, et exequia in ecclesia Sante Marie Nuntiate de casali Potentie ipsam exepulturam, eidem ecclesie Sante Marie tarenos duos; item legavit clerus Santi Girardi pro exequiis suis, cera et denaris tarenos otto; item dimisit ecclesie Santi Ioannis de Potentia, pro reparatione, tarenos tres; item <ecclesie> Sante Crucis tarenum unum et medium; item dimisit ecclesie Sante communitatis ut clerum veniant ipsius

ecclesie ad exequia sua, ut supra dictum est, illas torcias
 quas habet idem testator cum dicta ecclesia Sante
 Trinitatis, ut veniant ad obsequia sua ut supra dictum
 est; item dimisit pro missis cantandis tarenos tres; <item>
 dimisit dopno Manfredo Cerrosio, patrono suo, tarenum
 unum; item dimisit domno Fornano tarenos decem; item
 Raimundo de Montisano tarenos tres; item Antonio
 Pignarano tarenos duos; item dimisit Margarite nepti
 sue, pro anima sua, gencam unam duorum annorum;
 item dimisit eidem Ioannibelle tarenos tres; item dimisit
 Iadanie filie sue tarenos tres; item dimisit // (c. 319v)
 vegetem unam plenam vino, que est vetus et voluit quod
 predittum vinum vendatur et pecunia percipienda ex
 venditione ipsius vini detur pro anima condam patris
 et matris ipsorum; item legavit Margarite nepti sue
 matariatum unum et drappetum; item legavit diacono
 Vito patellam unam magnam de here; item voluit et
 mandavit quod donna Antonella, uxor ipsius testatoris,
 sit legitima tutrix dicti Ioannis filii sui; item dimisit
 Nicolao filio et heredi suo, pro dotibus quas recepit
 olim a condam Griborosa uxore sua pro ipsis dotibus
 domum unam que est prope ecclesiam Santi Michaelis de
 Potentia, qui Nicolaus presens ibidem tenuit et vocavit
 se contentum et plus petere non possit de dicta domo
 supradicta; item dimisit Antonelle, uxori sue, uncias
 sex pro dotibus suis quas recepit ab ea olim tempore
 contratti matrimonii inter ipsum testatorem, ex parte
 una, et dominam Antonellam, ex parte altera, que
 vocavit se esse contentam et plus non petere; item
 dimisit eidem Antonelle uxori sue, pro bonis servitiis
 sibi factis per ipsam, corrigiam unam de argento cum
 cinto violato; item ordinavit et fecit suos epitropos
 et distributores dicti sui testamenti Nicolaum, filium

suum supradittum, et Antonellam uxorem «suam», quibus epitropis suis idem testator // (c. 320r) dedit et tradidit liberam, plenariam et omnimodam potestatem accipiendi tantum de bonis suis donec predittum testamentum suum sit integre satisfattum; item voluit et mandavit quod presens testamentum suum sit ultimum et finale et, si non valeret iure testamenti, voluit valere debeat iure codicillorum seu cuiuscumque ultime alterius voluntatis ipsaque bona vendendi ut supraditta legata sint integre satisfatta. Quod autem superius ubi legitum «domum», item ubi legitur «preter quam infrascriptum legatur et fideicommissis» interlineatum et emendatum est per manus mei qui supra notarii non vitio, sed oblivione, unde pro autentico habeatur.

1

2

3

4

5

6

7

8

A Roto

A elegit

A clericis

A Trinitatis

A terras

A canendis

A patrino

A Comino Furnario

6

9

10

11

12

13

14

15

16

17

Unde ut supra et taliter ego Angelus de Bonopari publicus Potentie notarius hoc presens publicum instrumentum testamenti scripsi qui predittis omnibus rogatus interfui et meo solito signo signavi. (SN) † Ego Iacobus Cumbus iudex civitatis Potentie qui supra † Signum crucis proprie manus Nicolai de Bella scribere nescientis † Signum crucis proprie manus magistri Nicolai de Mariis scribere nescientis

18

A Pignatario

A Iohannelle

A Iordanie

A Roti

A suorum

A Guberosa

A iur(e) docium supradict(arum) *piuttosto che* ditta -
supraditta

A infrascriptis legatis

A clericis

A Bellovidere

